



8
255



zu 005

O. i. 840 (1-101).

THESES
DE OPERIS NO-
VI NVNCIATIONE, ET
INTERDICTO QVOD VI
AVT CLAM.

QVAS AVSPICE ET DVCE DEO TER
OPT. MAX. PRAESIDIBVS CLARISS. CONSVL-
tissimisqve viris D. Ioanne Michaëlis Cronenburger, &
D. Ioanne Hollandt SS. LL. Licent. Dictatore & Fisco, in
publico celeberrimæ Academiae Coloniensis Iuri-
dicę facultatis Collegio, pro laudabili & re-
cepta consuetudine publicè
tuebitur.

ALBERTVS Borckensfeldt. VV.

*Anno salutis nostrę CIJ. IJ. LXXXII.
XXII. Octobr.*



COLONIAE AGRIPPINAE V
EXCVDEBAT PETRVS KESCHEDT.

DE OFFICII NO

VI INVOCATIONE ET

INTERDICTO QVOD VI

AT CEN

IVAS AVVIC ET DYCE DIOTE

ET MA

AVVIC ET DYCE DIOTE

AVVIC ET DYCE DIOTE

AVVIC ET DYCE DIOTE

AVVIC ET DYCE DIOTE

AVVIC ET DYCE DIOTE

AVVIC ET DYCE DIOTE

AVVIC ET DYCE DIOTE

AVVIC ET DYCE DIOTE

AVVIC ET DYCE DIOTE

AVVIC ET DYCE DIOTE

AVVIC ET DYCE DIOTE

AVVIC ET DYCE DIOTE

AVVIC ET DYCE DIOTE

AVVIC ET DYCE DIOTE

AVVIC ET DYCE DIOTE

AVVIC ET DYCE DIOTE

AVVIC ET DYCE DIOTE

AVVIC ET DYCE DIOTE

AVVIC ET DYCE DIOTE

AVVIC ET DYCE DIOTE

AVVIC ET DYCE DIOTE

AVVIC ET DYCE DIOTE

AVVIC ET DYCE DIOTE

AVVIC ET DYCE DIOTE

AVVIC ET DYCE DIOTE

AVVIC ET DYCE DIOTE

AVVIC ET DYCE DIOTE

AVVIC ET DYCE DIOTE

AVVIC ET DYCE DIOTE

AVVIC ET DYCE DIOTE

AVVIC ET DYCE DIOTE

AVVIC ET DYCE DIOTE



CONTINUATIO.

Dost explicata superius iudicia pratoria, qua successionem respiciunt: nunc reliqua deinceps edicta atque interdicta inter vivos, qua ad res conservandas pertinent, operis novi nunciacionem scilicet, & Quod vi aut clam, examinemus.

VV clem. in parat. nu. 1. ff. h. t. Alciat. qui citat Azonem ad rub. ff. h. t. ubi etiam Bald.

THESIS I.

Nunciatio novi operis est legitima quedam prohibitio, (a) in re presenti, (b) & immobili, vicino (c) facta, (d) ne quid in futurum (e) operis novi fiat, (f) donec de jure constiterit, (g) aut praestita sit eo nomine satisfactio. (h)

(a) l. 1. in princ. §. si ve autem 14. & §. juris 19. l. de pupillo, §. nunciari, 3. & §. meminisse 10. l. praetor 20. l. 3 §. fin. l. 10. & 11. ff. h. t. VV clem. in parat. nu. 6. h. t. (b) d. l. 5. §. nunciacionem 2. & §. si quis forte 4. ff. h. t. Gail lib. 1. obs. 16. nu. 10. (c) d. l. 3. §. 1. l. 8. ff. h. t. VV clem. in parat. d. nu. 6. h. t. (d) d. l. 1. §. hoc autem interdictum 12. ff. h. t. (e) d. l. 1. §. 1. ubi Alciat. nu. 1. Bart. Bald. & Zas. n. 1. d. l. 20. in princ. ff. h. t. (f) d. l. 1. §. opus novum 11. & §. si quis aedificium 12. l. stipulatio 21. §. opus autem 3. ff. h. t. l. inde 3. §. reficere 15. ff. de itin. actuque priv. l. ult. C. de judae. & coelic. (g) d. l. 1. §. sed si is 7. & §. & post. 9. ff. h. t. (h) d. l. 5. §. si is cui 17. d. l. 20. §. 1. §. 9. & 11. ff. h. t. l. unic. C. cod. l. 1. ff. de remiss. l. 7. §. ait Iulianus 2. ff. quod vi aut clam. Alciat. in d. l. 1. nu. 53. ff. h. t.

II.

Opus novum facere videtur, qui aut edificando aut detrahendo aliquid, pristinam faciem operis mutat, (a) non ergo fulciant vel reficiant, veteri forma servata, novum opus nunciari potest. (b)

(a) d. l. 1. §. opus novum 11. & §. seq. ubi Zas. nu. 4. d. l. 21. §. opus autem 3. ff. h. t. VV clem. in parat. d. nu. 6. ff. cod. l. si arborem 17. §. interdum 2. de servit. urb. praed. (b) d. l. 1. §. si quis 13. d. l. 5. §. si quis 11. cum duobus seqq. d. l. 21. §. opus 3. ff. n. t. d. l. 3. §. reficere 15. de itin. actuque priv. Bart. in l. 1. §. si quis. ff. h. t. & ibid. Bald.

III.

Nec omnia opera complectitur, sed ea sola quae solo conjuncta sunt. Quare si quis messem faciat, arborem succidat, vineam putet, quanquam opus faciat: tamen ad hoc edictum non pertinet.

d. l. 1. §. hoc autem edictum 12. ubi gl. & Dd. ff. h. t. Bart. ibid. nu. 1. 2. 3. & 4.

IIII.

Nunciatio fit aut juris nostri conservandi causa, aut damni depellendi, aut publici juris tuendi gratia. (a) Atque ita in re privata vel publica. (b)

(a) d. l. 1. §. nunciatio 16. 17. & 19. d. l. 5. §. sed & si 8. & seq. ff. h. t. (b) l. juris gentium 7. §. si paciscar 10. ff. de pact. Freg. in parat. ff. h. t. Ferrar. in form. lib. in act. nov. oper. verb. novum opus num 1.

V.

In re privata is nunciare potest, ad quem ea res pertinet, hoc est, cujus interest. (a) liber

*ber homo non servus, (b) pupillus tutore auctore. (c) Idq̄, ex causa naturali vel impositi-
tia: (d) putà qui dominium in re, vel servitutem habeat. (e)*

(a) d. l. i. §. juris 19. ff. h. t. (b) d. l. §. §. servo. 1. Alciat. in l. i. nu. 16. ff. h. t. (c) d. l. §. in prin. ubi
Bart. Alciat. d. loco ff. h. t. (d) d. l. §. §. & belle 9. ff. h. t. Freg. in parat ff. cod. (e) l. unic. §. jus
habet 3. ff. de remiss.

V I.

*Quod utrum de omnibus dicatur, controvertitur? Et in urbanis concedi, (a) in rusticis
contemni, (b) cum communi defendam.*

(a) Nam nisi in urbanis nunciaretur, ut celeri remedio ædificantes prohiberentur, iã
quies civitatum turbaretur, ad arma sæpè veniretur, urbs ruinis deformaretur, dum illi-
cité ædificans demoliri opus cogeretnr; quapropter succurrendum. argum. l. i. §. quies ff.
de offic. præf. urb. l. fin. ff. ne quid in loco publ. Zas. singul. respons. lib. 1. cap. 9. num. 3.
l. §. l. 9. ff. h. t. l. inter 15. de servit. urb. præd. l. etsi forte 6. §. fin. ff. si servit. vend. gloss. in l.
i. in princ. verb. eatenus in fin. ff. h. t. Cujac. lib. 1. obs. 17. Zas. in l. i. §. fin. ff. h. t. num. 1. & 9.
(b) quia hæc ædificatio in via non usquequaque impedit, cum per alium locum iter fieri
possit, gl. in l. si cui ff. de servit. arg. l. 2. §. pen. ff. de relig. & sumpt. fun. l. ult. ff. de rivis. Zas.
singul. respons. d. l. nu. 1. Duar. lib. 2. disput. cap. 17. l. qui viam 14. ff. h. t. ubi Bald. gl. d. loco.

V II.

*V usufructuarium non aliter quàm procuratorio nomine nunciare posse placet. (a) Do-
mino semper inutiliter nunciat, (b) quod si usufructus ipsius factò deterior fiat, petere
usumfructum debet. (c)*

(a) quia non possidet neque naturaliter l. acquiritur §. fin. de acquir. rer. dom. nisi no-
mine domini l. naturaliter de acquir. poss. neque civiliter, l. apud Trebatium in fin. de
aqua & aqua pluv. arc. Alciat. in l. i. §. ult. num. 13. & 6. ff. h. t. sed habet tantum jus debile,
invalidum, & personale, quod facillè amittitur, l. corruptionem C. de usuf. Eo autem ipso
quod constituit eum usufructuarium, facit eum custodem & procuratorem generalem
l. i. §. fin. & l. seq. de usuf. quem cav. l. i. §. fin. ubi Bart. nu. 1. & 9. Bald. & Zas. nu. 3. 4. & 7. ff.
h. t. (b) l. 2. ff. h. t. l. unic. §. 4. de remiss. Cujac. lib. 1. obs. 16. & 9. obs. 17. Bart. in l. i. §. fin. nu. 3.
h. t. (c) d. l. 2. ff. h. t. d. l. unic. §. 4. de remiss.

V III.

*Superficiarius, emphyteuta, (a) feudatarius, (b) & creditor (c) proprio nomine rectè
nunciare novum opus possunt. In colono & inquilino quid obtineat quaritur? & eos nec
procuratorio nomine posse crebriore calculo probatur. (d)*

(a) l. in provinciali 3. §. si ego 3. ff. h. t. ubi gl. & Dd. Bald. ibid. Zas. in l. i. §. fin. nu. 7. & in
l. §. 10. n. 19. h. t. Cujac. lib. 1. obs. 16. Bart. in d. l. 3. §. 3. n. 1. & 6. ff. h. t. qui & procuratorio no-
mine eos nunciare posse putat, arg. l. i. §. ti. ff. h. t. quod Alciat. in l. i. §. fin. n. 13. & 14. h. t. rectè
negat, unico tantum casu excepto. (b) c. i. de controvers. int. vafal. & al. de benef. c. i. §. rei
autem. de invest. de re alien. fact. Dd. præcit. locis (c) l. 9. ff. h. t. Cujac. d. loco obs. 16. (d) d. l.
3. §. 3. ff. h. t. ubi Bart. n. 2. & Bald. Alciat. in l. i. §. fin. nu. 15. ff. h. t.

V IX.

*Socius, si in loco communi quid fiat, adversus vicinum nunciationem habet, socium verò
non nisi per prætorem, vel arbitrum communi dividundo prohibere potest. (a) Tutori quo-
que & curator nunciatio competit. (b)*

(a) d. l. 3. §. si in loco 1. & §. seq. ubi Zas. n. 1. ff. h. t. Bald. ibid. l. in re communi 26. ff. de ser-
vit. urb. præd. (b) l. & si satisfactionem 7. ff. h. t.

X.

Iam, qui in re publica nunciare possunt videamus: Et constat omnes cives rectè nunciare posse, (a) imò etiam forenses de via publica, (b) pupillum tamen, etsi tutoris autoritas interveniat, (c) mulierem, (d) & servum excipimus. (e)

(a) d. l. 3. §. fin. ubi Bart. in princ. & Bald. ff. h. t. (b) quia interest fortassis, cum per viam publicam ambulare possit, l. 11. C. de servi. & aqua las. in l. 3. §. si in publico ff. h. t. l. 1. §. fin. ff. de via publica. Bart. in d. l. 3. nu. 3. & 5. Bald. ibid. l. licet 4. 2. in princ. ff. de procur. (c) saepe d. l. 5. in princ. ubi gl. & Bart. nu. 1. Bald. ibid. ff. h. t. l. 6. mulieri ff. de pop. act. quia non sunt in administratione privati patrimonij, Bart. d. loco num. 1. & Bald. d. loco per l. fin. ff. de cur. fur. l. 2. de itin. actuque priv. l. ab agnato 13. de manum. (d) d. l. 6. mulieri. de pop. act. (e) d. l. 5. §. servo. 1. ff. h. t. ubi Bart. n. 1. & 2.

XI.

Qui opus novum nunciat, quod omnibus diebus, etiam feriatis facere potest, (a) jurare debet, si à pratore ei deferatur, non calumniae causa opus novum nunciare. (b) Similiter ac necesse habet demonstrare locum quoties in partem nunciat, ceterum si in totum opus fiat, non est necesse demonstrare, sed hoc ipsum dicere. (c)

(a) textus in l. 1. §. item nunciatio 4. ubi gl. & Dd. fit enim absque causae cognitione, tum etiam ne ad arma perveniat. r. (b) d. l. 5. §. qui opus 14. ff. h. t. ubi gl. Bald. Zas. & Bart. nu. 1. (c) d. l. 5. §. qui nunciat 15. ff. h. t. ubi Bart. nu. 1. & Bald.

XII.

Competit non solum nostro, sed etiam alieno nomine, (a) si modo de mandato constat, fieri potest: (b) si verò de mandato dubitetur, satisdabit dominum rem ratam habiturum, (c) & nisi hoc fecerit nunciatio omni modo remittitur, etiam si verus sit procurator. (d)

(a) d. l. 1. §. item nunciatio 3. & §. fin. h. t. V. Ves. in paratit. hic nu. 9. Bart. in l. 1. §. nunciatio 2. nu. 10. & 11. ibid. Zas. nu. 5. Alciat. nu. 2. (b) quia nunciatio ex parte ejus, cui nunciatur est in rem, ideo requiritur quod nuncians habeat jus in re, vel sit ejus procurator, Bart. in l. 1. §. nunciatio nu. 10. 11. 12. & seqq. ad nu. 19. Zas. ibid. nu. 5. & quia jus novum quaeritur actioque datur. Alciat. d. loco nu. 21. 22. 23. vsque ad nu. 28. ff. h. t. (c) d. l. 5. §. fin. ff. h. t. ubi Bald. & Bart. nu. 1. & 3. & in §. ult. d. l. 5. nu. 4. Zas. in l. 1. §. nunciatio nu. 5. & ibid. Bart. num. 10. h. t. (d) textus apertus in d. l. 5. §. pen. h. t.

XIII.

Fit autem per praeatorem, lapilli jactum, vel nudis verbis. (a) Expedit tamen cum in nostro quid molitur vicinus, ut per praeatorem, vel lapilli jactum nunciemus, (b) quia verbote nus dumtaxat nunciando possessorem eum faciemus, cui nunciamus: (c) quod tamen si in suo quid faciat, necessarium. (d)

(a) d. l. 5. §. meminisse 10. ubi Bart. & Bald. ff. h. t. Alciat. in l. 1. nu. 50. & 51. Zas. in d. l. 1. §. nunciatio nu. 14. ubi etiam Alciat. nu. 35. (b) d. l. 5. §. meminisse, & ibi Zas. nu. 3. 4. & 5. (c) d. l. 5. §. meminisse, ubi Zas. nu. 4. 5. & 6. l. 1. §. in operis 6. ff. h. t. Alciat. in l. 1. nu. 50. h. t. (d) Zas. singul. respons. cap. 8. nu. 6. per d. l. 5. §. meminisse. Idem in intell. singul. lib. 2. intell. §. meminisse in l. de pupillo 5. h. t. nu. 6.

XIV.

Observandum autem est, eam in re praesenti fieri debere, (a) & ideo necesse non est ipsi domino nunciare, sed sufficit etiam ijs qui in re praesenti domini, operisve nomine fuerint, fieri,

fieri, cuiusvis etiam conditionis sint, veluti fabro, opifici, (b) servo, mulieri, puero, vel puella, (c) domino etiam absente vel ignorante. (d) Furioso quoque & infanti posse fieri dubium non est. (e)

(a) d. l. 5. §. nunciationem autem 2. duobus §§. seqq. & §. si in pluribus 16. h. t. Bald. ibid. (b) d. l. 5. §. nunciari 3. ubi gl. & Bald. l. 11. ff. h. t. (c) d. l. 5. §. servo 1. & §. nunciari 30. ubi Bald. (d) d. l. 1. §. & ad versus 5. h. t. ubi gl. (e) l. operis 10. d. l. 11. ff. h. t.

XV.

Quia igitur in re presenti nunciatio fit, etiam plures nunciationes sunt necessariae, si in pluribus locis opus fiat: (a) sufficit tamen etiam si res plurium sit, ut uni nuncietur, omnibusque dominis denunciatum videtur. (b) Sed si unus aedificaverit post operis novi nunciationem, alij, nisi quoque aedificaverint, non tenebuntur. (c)

(a) d. l. 5. §. si in pluribus 16. ff. h. t. ubi Bart. in princ. & nu. 1. Bald. ibid. (b) d. l. 5. §. si plurium 5. & ibi Bart. nu. 1. Zas. & Bald. (c) neque enim debet nocere factum alterius ei, qui nihil fecit, d. l. 5. §. si plurium 5. l. in communibus aedibus 18. & ibi Zas. num. 1. ff. h. t. l. 74. de reg. jur. l. 2. ff. quod vi aut clam.

XVI.

An verò in nunciatione ad petitionem partis causa sit exprimenda, in dubium vocatur? Et in prosecutione exprimendam esse cum Zasio placet. (a)

(a) Zas. in l. 1. nu. 15. & 16. Alciat. ibid. citans Raphaelem nu. 95. ff. h. t. nam & pupillo & furioso nunciari potest, qui nullum iudicium circa causae veritatem habent, sic etiam aduersus absentes, qui causam non possunt inquirere, sed & lex in nunciatione quae iactu lapilli fit, necessaria non esse verba ait. contrarium tenet. Bart. in l. 1. nu. 11. 12. & 13. ff. h. t. ubi gl. Ferrar. in form. libell. d. loco in verbis novum opus & c. nu. 5.

XVII.

Effectus nunciationis est, ut nunciatione facta nihil quicquam operis fiat, (a) qui igitur postea quid fecerit, cogitur id statim suis impensis demoliri, nulla interveniente cognitione, iuste an iniuste id fecerit. (b) Sed ut probari possit quid postea aedificatum sit, expedit nunciantem modulos sumere. (c)

(a) l. 1. §. sed si is 7. l. 5. si is cui 17. l. 8. §. 2. & 3. l. 20. in princ. & §. 1. l. 21. §. 1. ff. h. t. Ferrar. d. loco verb. ante aliquam & c. nu. 1. (b) dd. ll. & ibi communiter Dd. Ferrar. d. loco verb. dirui faciendum nu. 1. & 2. quia non privatam nunciationem, sed magis ipsius praetoris auctoritatem spreuisse censetur. (c) l. 8. §. 2. & 5. h. t. Ferrar. d. loco in verb. modulos.

XVIII.

Ex his illa ut controversa, ita & perutilis resultat quaestio, an nunciatio notorie iniusta tunc sperni possit? Non posse ex legibus & rationibus patet: (a) nisi si quis rivos vel cloacas reficere vel purgare velit, vel ubi mora periculum aliquod allatura est. (b)

(a) praetor enim generaliter edixit, ne facta nunciatione quisquam aedificaret, etiam si iustam causam haberet, sed sineret prius de eo cognosci. l. 20. ff. h. t. & qui aedificat vim facit, nec admittitur exceptio, l. 1. §. & parvi. & §. quid sit vi, & l. 7. §. 2. ff. quod vi aut clam. & jus quamvis notorium sit, ipsi iudici allegari debet. arg. l. 4. §. item si quis ff. ne quis eum qui & c. nisi defectus jurisdictionis subsit, l. 2. ff. ne quis eum qui. & c. Alciat. in l. 1. in princ. nu. 5. 6. 7. 8. 22. 23. 24. 25. & 51. & in §. 2. nu. 61. ff. h. t. Bart. in l. fin. §. divus de publican. & vetig. l. si quis in gravi §. si maritus ff. ad S. C. Silan. (b) d. l. 5. §. si quis rivos n. & §. seq. ff. h. t. Bart. ibid. nu. 1. & 5. Zas. in princ. Planè

XIX.

Planè si is, cui renunciatum est, ex operis novi nunciatione satisdederit repròmisseritve aut per eum non fiet, quò minus boni viri arbitratu satisfaciat repromittatve; perinde est ac si operis novi nunciatio omissa esset: (a) nisi nunciàs intra tres menses docere voluerit. (b)

(a) d. l. 5. §. si is 17. l. 8. §. 4. l. 20. §. si quis 5. & 9. ff. h. t. Zaf. in d. §. 5. n. 1. & ibid. B. l. 7. §. 2. ff. quod vi aut clam. vide d. l. 20. §. & si 14. h. t. l. 3. §. ult. cum l. seq. ff. ut in poss. leg. it. pulchra quoque est d. l. 20. §. pen. ff. h. t. l. 26. ff. solut. matrim. (b) l. unic. C. h. t. l. 3. in prin. ut in poss. legat. & c. Gail d. obs. 16. lib. 1. nu. 17.

XX.

Tollitur nunciatio morte ejus, qui nunciavit, si res adhuc sit integra, (a) item alienatione: (b) ex parte verò, cui nunciatum est, transit in heredes. (c) Tollitur & contraria pratoris prohibitione, (d) vel caussa cognita, remissione. (e)

(a) l. 8. §. morte 6. ubi gl. in verb. extinguitur, & Zaf. nu. 1. l. 20. §. hoc interdictum 6. ff. h. t. ex ea enim parte est personalis (b) d. l. 8. §. 6. ff. h. t. (c) d. l. 8. §. fin. l. pen. & ult. ff. h. t. quia hæc in rem est, & in stipulatione heredis facta est mentio. (d) l. 16. si opus h. t. (e) l. 1. in pr. & §. 9. l. 8. §. sciendum 4. h. t. l. unic. de remiss.

XXI.

Atque hæc de novi operis nunciatione: interdictum affine est, quod vi aut clam, atque de opere facto vi aut clam; non de possessione agit, (a) vi autem factum videtur, si quis contra quàm prohiberetur fecerit, (b) vel cum sciret se prohiberi, per vim molitus est ne prohiberi possit, (c) vel qui in nunciatione destituerit, rursusq; postea facere cœperit, (d) Et vis semel inter initia facta perseverat. (e)

(a) Cujac. in parat. ff. h. t. (b) l. 1. §. quid sit §. l. 20. in princ. h. t. l. 73. §. 2. de reg. jur. (c) d. l. 1. §. sed & Aristo 8. & d. l. 20. in princ. ff. h. t. (d) d. l. 1. §. item Labco 9. h. t. (e) l. 3. §. 1. ff. h. t.

XXII.

Clam facere videtur, qui celavit adversarium, neque ei denunciavit: si modo timuit vel timere debuit ejus controversiam, (a) aut qui consultò dum denunciavit, cum eum scit, non posse prohibere, vel tam serò denunciavit, ut abire prohibiturus priusquam fiat, non possit. (b)

(a) ne melioris sint conditionis stulti quàm periti l. 4. l. prohibere 3. §. clam facere 5. ff. h. t. (b) l. aut qui aliter §. in princ. & §. 1. ff. h. t.

XXIII.

Qui autem denunciavit, debet & diem & horam denunciatione complecti, & ubi, & quod opus futurum sit: neque perfusoriè aut obscure dicere aut denunciare: amicis deniq; aut procuratori, aut ad domum denunciandum est, ne quid clam fecisse videatur. (a)

(a) l. aut qui aliter §. §. 1. & 2. l. fin. §. 2. h. t. & ibi gl. l. pen. C. de annal. except. l. 4. §. prator ff. de damn. infect.

XXIV.

Competit hoc interdictum non tantum dominis, sed etiam his quorum interest, etiamsi non possideant, opus factum non esse: (a) contra eum, qui vi aut clam fecit vel iussit fieri, (b) semper tamen adversus possessorem operis. (c)

(a) l. 15.

(a) l. is qui puteum 11. §. 1. 2. 3. 5. 6. & seqq. cum §. fin. l. quanquam 12. l. 13. 14. 15. 16. 17. 19. & l. 22 §. si quis projectū 4. ff. h. t. VVef. & Fregius in parat. ff. h. t. (b) l. 5. §. hæc verba 8. & §. 11. 12. & fin. l. 6. & l. 13. §. pen. ff. h. t. VVef. & Fregius in parat. hic. (c) l. semper 15. in princ. ff. cod.

XXV.

Heredibus quoque datur, etiam ad id quod ante aditam hereditatem factum est: (a) In heredem ceterosq; successores non datur: nisi quatenus ad eos pervenit: (b) & post annum non competit, nisi causa cognita. (c) Annus autem cedere incipit ex quo id opus factum perfectum est, aut fieri desijt, licet perfectum non sit. (d)

(a) l. denique 13. ff. quæsitum est 5. ff. h. t. (b) l. semper 15. §. hoc interdictū 3. ff. h. t. VVef. in parat. nu. 6. Fregius in parat. ff. h. t. (c) d. l. 15. §. 3. cum tribus §§. seqq. l. fin. in prin. h. t. l. 2. C. unde vi. VVef. & Fregius d. loco (d) d. l. 15. §. 4. ff. h. t.

XXVI.

In hoc autem competit, ut si possideat reus, quod factum est, suis sumptibus restituat, si non possideat, restitui curet à possessore, refuso etiam eo quod interest, & fructibus restitutus. (a)

(a) d. l. 15. §. hoc interdictum 7. & §. fin. l. 16. §. 2. l. 7. si alius §. 1. l. is qui 11. §. quod ait 4. ff. h. tit.

XXVII.

Interesse verò aut per iusiurandum quod in litem actor juraverit, aut si jurare non possit, iudicis officio æstimabitur. (a)

(a) d. l. 15. §. sed quod 9. ff. h. t. Bart in d. l. 15. §. in hoc interdicto nu. 1. l. 9. C. unde vi, l. 25. §. 10. hæc verba ff. de petit. hæred. l. 58. de rei vend. l. 5. §. 3. de in lit. jur.

XXVIII.

Pertinet hoc interdictum ad ea sola opera, quæcunque in solo vi aut clam fiunt. (a) Idcirco qui arbores, arundinem, salictum, vineas succidunt, (b) cum terra & quodammodo solo ipsi corrumpendo manus inferant, hoc interdicto tenebuntur. (c)

(a) d. l. 1. §. hoc interdictum 4. l. si alius 7. §. notavimus 5. & seq. cum quatuor ll. seqq. ff. h. t. (b) d. l. si alius 7. §. notavimus 5. h. t. (c) textus in alleg §. notavimus. ubi gl. in verb. manus inferi d. l. 7. cum ll. seqq. ff. h. t. Freg. in parat. ff. h. t.

AVCTVARIUM.

An hoc ipsum quod in meo edificatur, propria auctoritate destruere iudice non adito possim, queritur? Et hoc licere quatenus fundum possideam, communiter concludunt.

Zaf in l. 1. §. nunciatio 2. n. 3. & 4. & in l. in provinciali 3. n. 1. ff. de nov. oper. nunc. per usufructuarius novum. de usufr. l. si servus C. quod cum eo & c. Costal. in l. quemadmodum 29 §. si protectum ff. ad l. Aquil. & in l. extat 13. ff. quod met. caus. l. si vitem 22 §. si ad ianuam 2. ubi eleganter. Cujac. lib. 16. obs. 12. l. 1. C. ut nemini liceat sin. iud. auct. sign. impon. l. sed inter me, ff. de servit. urb. præd. Alex. l. 1. & l. quemadmodum de acquir. poss. Bart. in l. 1. §. nunciatio 2. nu. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. & 9. & ibid. Alciat. n. 3. & 14. per l. ædem C. locat. quia re mea abutitur & me turbat. Auth. qui rem C. de Sacrosan. Eccles. idem in l. 1. in princ. nu. 1. Ferrar d. loc. verb. novum opus num. 2.

153255

AB: 153255


(X2203998)

K



De legibus et constitutionibus Imperatorum





THESES
 DE OPERIS NO
 VI NVNCIATIONE, ET
 INTERDICTO QVOD VI
 AVT CLAM.

VAS AVSPICE ET DVCE DEO TER
 T. MAX. PRAESIDIBVS CLARISS. CONSVL-
 timisque viris D. Ioanne Michaëlis Cronenburger, &
 Ioanne Hollandt SS.LL.Licent. Dictatore & Fisco, in
 publico celeberrimæ Academiæ Coloniensis Iuri-
 dicę facultatis Collegio, pro laudabili & re-
 cepta consuetudine publicè
 tuebitur.

ALBERTVS Borckensfeldt. VV.
Anno salutis nostræ CIO. IO. LXXXVII.
XXII. Octobr.



COLONIAE AGRIPPINAE
 EXCVDEBAT PETRVS KESCHEDT.



77

